



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Sacramento Poenitentiae. Rubricae, seu instructiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Si forte ex hac, vel alia causa, Archiepiscopi iussu aliquando noctu intermit-
ti contigerit; interdiu compensetur ma-
iori orandi spatio.

Cum oratio noctu celebratur, ne pro-
pterea ecclesiæ otia pateant, sed clau-
sa, puliantibus, & ad orandum conueni-
tibus etiam singulis aperiantur.

In ecclesijs monialium cum oratio
hec celebratur, nemo prorsus noctu in
illam ad orandū intromittatur. Verū
ibi sanctissimum sacramentum per no-
ctem in tabernaculo maiori repositum,
moniales solum ab interiori ecclesia a-
dorantes, nocturno eo tempore per ita-
tas horas in oratione perseverent; sum-
mo verò mane iterum è tabernaculo il-
lud depromatur.

De veteri illo, & ordinario instituto
orationis quadraginta horarum per vr-
bis ecclesias ordine, & continenter ha-
bendæ, seruentur in concilijs, aliove mo-
do præscriptæ regulæ.

D E S A C R A M E N T O
Pœnitentiæ.

Rubricæ, seu instructiões.

Quid Parochus generatim doceat, hor-
teturq; populum sibi commissum.

Parochus fideles sibi commissos,
quantum potest, sæpe hortetur, vt
ad pœnitentiæ sacramentum, non solum
cum ex præcepto Ecclesiæ tenentur; sed
quàm frequentissimè accedant. Mo-
neat sæpius, pœnitentiæ quidem radi-
ces esse amaras, sed fructus suauissimos.
doceat, per pœnitentiam nos in Dei
gratiam restitui, quo nihil nobis de-
bet esse optatius. animam quouis sce-
lorum pondere oppressam per eam suble-
uari, conscientiæ pacem, & tranquil-
litatem, quæ omnes superat volupta-
tes, tribui. Proinde his, alijsq; fructi-
bus propositis, & ex doctrina præser-
tim catechismi Romani explicatis, stu-
deat, quotiescunque se occasio offerat,
fideles ita permonere, vt ad tantum re-
medium beneficiumq; animæ suæ com-
parandum frequententer sese excitent: id-
que ea præparatione fiat, quæ tantis fru-

ctibus digna sit; ita vt in spiritu humi-
litate, & amaritudine animæ suæ, pec-
cator quisque sua possit peccata deslere,
& coniteri.

Ante Quadragesimam moneat fide-
les parochiæ suæ, qui confessionis fre-
quentem vsū non habent, quemadmo-
dum decreto Concilij Prouinc. V. iube-
tur; vt se ad confessionem parent: ne-
que eam differant in postremos Qua-
dragesimæ dies.

Moneat, opportunè se se sacra cōfes-
sione munire illos, qui eò proficiscun-
tur, vbi mortis periculum sit; vel vbi
confessarij copiam habituri non sunt.
item si rem arduam, & difficilem sint a-
cturi, quod idem transacta re facere, ad
gratias Deo purius agendas hortetur:
quibus de rebus in Concilio sexto præ-
scriptum est.

Tit. quæ ad
sacra. pen.
pert. p. 222.

Prou. 6. tit.
de sacra. pen.
pag. 304.

Quomodo se comparet: & ne auctori-
tatis suæ fines transeat.

A Nimaduertet Parochus, & Con-
fessarius, ne dum hoc sacramento
vulneribus aliorum medetur, ipse telo
peccati se configat. Quamobrem ca-
ueat, ne mortifero peccato inquina-
tus, ad sacramenti ministracionem ac-
cedat; neque item censura ecclesiasti-
ca, aut alio canonico impedimento ir-
retitus.

Imò verò ita sanctè viuere studeat,
vt pœnitentes non verbis solum, sed
exemplis quoque ad virtutum christia-
narum officia erudire possit: neque eius
dicta à factis villo modo dissentiant.
quò enim magis omni virtute, præ-
cipueq; charitate paterna, zeloq; salu-
tis animarum ipse præcellentior erit,
tantò aptius erit instrumentum bonita-
tis Dei.

Quò magis autem ad omnem vitæ bo-
nitatem se se excitet, cū se penumero se-
cum ipse tacita meditatione cogitabit,
cuius vicem ipse gerat, & quàm sanctæ
sint suscepti ministerij sui partes: tum
verò id omne attentissima contempla-
tione reputabit, cum ad audiendam con-
fessionem vocabitur.

Quo tempore ita se geret, vt neque in
incessu, neque in gestu, mortuè alio
cor-

corporis, neq; etiam in vestitu videatur, nec verò in eius voce quidquam audiatur, quod non deceat virum grauem, atque adeo sanctum, quiq; meminerit, se tenere locum Dei.

Intimè verò, atque in corde suo humiliter de se sentiet, ita vt tanquàm in Dei conspectu cum reuerentia, & timore sancto ministerium audiendæ confessionis peragat: & animo vsque adeo se demittat, sancteq; abiciat, vt pœnitentes, quorum confessionem audit, se meliores putet.

Ad audiendas porrò confessiones, nò inani gloria, non lucri cupiditate, nò curiositate, non deniq; vilo humano affectu ductus; sed salutis fidelium procurandæ studio inflammatus accedet.

Nec propterea quemquam pœnitentem subterfugiendi laboris causa rejiciet, ne nutu quidem, nedum verbis: immo se paratum semper, promptum, facilem, humilemq; præbebit.

Ita etiam se constanter geret, vt nullius metu, aut gratia, officio suo desit.

Caueat Curatus, nè ijs temporibus, quibus confessiones frequentiores esse solent, præcipuè per octo dies ante Natalem Domini, & à Dominica de Lazaro vsque ad resurrectionis octauam, etiam aliò ad funera, & alia sacra officia vocatus, illud audiendæ confessionis munus in sua ecclesia, sine causa necessaria, prætermittat, aut vilo modo differat.

Et quoniam confessionis minister, iudicis, & medici simul personam gerit: vt & quod ad iudicem attinet, ex varijs peccatorum generibus, quæ grauiora, quæ leuiora sint, quo ve modo corrigenda, pro cuiusque hominis ordine, & genere iudicare possit; & tanquàm medicus ea remedia ægroto adhibeat, quæ ad illius animam sanandam, & in posterum contra vim morbi muniendam aptiora videantur: opus est, vt is tum scientiam atque eruditionem, tum prudentiam studeat sibi, quantam potest, comparare; tum ex diuina gratia, quam assidua precatione supplex à Deo petat; tum ex autoribus probatis, qui eam materiã piè, pleneq; tractarunt.

In primis benè cognita habeat, quæ

monitis, seu instructionibus in hac ecclesia editis ad Confessariorum vsum continentur.

Sacramenti igitur huius doctrinam omnem rectè nosse studebit: ita ut quæ illius ratio, qui effectus, quæ illius partes, quæ earum partium vis, & natura, peritè intelligat.

Quæ peccata mortalia, & quæ venialia cognoscat. Peccati circumstantias sciat, quæ præsertim mutant speciem peccati; & quæ in confessione explicandæ sunt; quæ restituendi onus inducant.

Censurarum rationem, & vim rectè intelliget, & quibus criminibus annexæ illæ sint.

Casus referuatos in promptu habebit; ita vt rectè sciat, qui iure canonum Summo Pontifici, qui rursus Episcopo, qui præterea in Bulla Coenæ Domini, quiq; pro varietate temporum Episcopo referuati sint.

Differentia satisfactionum pœnitentiarum etiam probè noscet, ac præterea canones pœnitentiales, vt infra ordine decalogi explicatos.

Memoria tenebit casus, quibus confessio sit iteranda.

Cognitum etiã habere Confessarius omnis debet, ac præterea animaduertente, ante quam ad audiendas confessiones accedat, quanta sit auctoritas potestatisq; iurisdictionis suæ: ita vt cum norit, & quos, & à quibus peccatis, censurisq; absolueri possit, tum etiam caueat, nè facultatis suæ fines prætergrediatur.

Parochus quisq; ne eorum confessiones audiat, qui alienæ parochiæ sunt, nisi facultatem eius rei habeat, ad præscriptum Synodi vndecimæ.

Excommunicauionis latæ sententiæ pœnam recordentur Confessarij, quam subire eos decretum est in Concilio quarto, qui sine Episcopi facultate hoc Sacramentum ministrant: quiq; aliquem absolueri audeant à casibus Archiepiscopo referuatis sine ipsius facultate, vt in quinto Concilio decretum est.

Ne obliuiscantur item excommunicationis illius, cui in Synodo vndecimæ subiecti sunt ij, qui socios criminis audent absolueri.

Item

Intra instructionibus vulgari-
bus.

Supra. 29
419.

Pag. 419

Reg. 222.

Item decretum aliud memoria teneant, factum in eodem Concilio quinto in hæc verba.

Ne facultatum, priuilegiorumve iure, quæ cuiunque, etiam Rosarij, & cruce signatorum scholæ, confratriæ, collegiæ, etiam laicorum, quæve collegis, confratribusve in eo adscriptis ante, vel post Concilij Tridentini confirmationem concessa sunt, confessarius, cuiusvis ordinis sit, ab ijs casibus quos sibi Episcopus in sua diœcesi reseruauerit, pœnitentes sine illius facultate absoluat. Si contra fecerit, suspensionem à diuinis ipso facto incurrat.

Quod idem fieri prohibitum est, etiã ex indulgentiarum literis, quæ ecclesijs concessæ sunt, Concilio prouinciali sexto.

Quæ Parochus speciatim doceat, horteturq; facere pœnitentes in sacramento pœnitentiæ.

Pœnitens antequam ad Parochum, sacerdotemve, cui peccata confiteatur accedat, multitudinem, & grauitatem peccatorum, quibus se irretitum esse sentit, vehementer intimè dolebit, ac deplorabit, Deiq; misericordiam omni prece flagitabit. Proposita sibi ob oculos sanctissima Christi crucifixi, vel alia pia imagine, cor suum pro peccatis remittendis effundet, excitans, & humilians spiritum vehementer ad compunctionem.

Primo peccata omnia, præsertim grauiora, ad memoriam reuocabit: qua in recordatione excitabit deuotionem, & cordis compunctionem.

Et quò magis, & contemptum sui ipsius, abiectiorem, humilitatemque, ac deuotionem in se excitet, recensèbit gemens peccata, quæ vehementius suam conscientiam angunt.

Et quò diligentius conscientiam examinet, sibi proponet ob oculos decalogum, ad cuius singula præcepta se, mores, vitamq; suam accuratè contemplantur.

Singulaq; præcepta ita examinabit, ut perpèndat, atque adeo videat sigillatim, si quæ contra vnum quodque præceptum, vel cogitatione, vel verbo, vel

opere admisit, commiseritve: aut rursus si quid de eo omiserit.

Aliud præterea examen conscientie suggerit ex septem peccatis capitalibus singulis, quæ item aut cogitatione, aut verbo, aut opere commiserit, aut omissione etiam.

At verò omnem examinandæ conscientie rationem fideles, præsertim rudes, Parochus Confessariuue aliquando docebit, prout opus esse viderit.

Cum igitur pœnitens ex singulis notatis capitibus conscientiam suam quantum potuit diligentia examinauerit; desiderio consequendæ remissionis peccatorum accensus, ad Confessarium vices Christi gerentem accedet: cui omnia, & singula peccata quæ in memoriam venerint, fideliter, & integrè exponet.

Accedet autem ad confessionem habitu demisso, & humili, ac nullo planè ornato, & depositis armis. Si verò clericali ordinis est, sine superpelliceo.

Ad pedes Confessarij genua ambo flectet, nullo supposito puluinario, nisi aliud necessitas postulat.

Decenter se toto corporis habitu, & situ ita se componet, ut instar supplicatis sit.

Erit capite aperto, vultu demisso, manibus iunctis, & supplicibus.

Faciem sacerdotis non spectabit, ut meminerit, se non coram homine peccatore, sed coram Deo altissimo esse; ut agnoscendo, & confitendo offensas, humiliter veniam petat.

Mulier autem penitus ita capite velato erit, ut velum densum caput operiens, demissum sit vsque ad supercilia.

Quæ in ministracione sacramenti pœnitentiæ Parochus, & Confessarius obseruet.

AD audiendam confessionem cum accedit, ante breui precatatione, qua diuinæ gratiæ lumen in eo ministerio ritè peragendo sibi postulet, tacitus utetur: ac præterea preces adhibere poterit, quæ infra notatæ sunt.

In ecclesia, non autem in priuatis edibus confessiones audiat, nisi ex causa necessaria, vel vrgenti: quæ cum incidit, studeat tamen in oratorio, aut certè decen-

Tit. v. sup.
pag. 305. §.
Quod super
rioribus.

decentissimo loco id præstare.

Habebit igitur in ecclesia sedem confessionalem ad præscriptum, in qua sacras confessiones excipiat: duas verò, vbi quingentarum animarum, cura geritur; plures, vbi plures sunt Confessarij. quæ sedes confessionales, patenti, & conspicuo ecclesiæ loco, non autem in ecclesiæ, aut cappellæ alicuius angulis constitutæ sint.

Affixa hæc sint cuiq; confessionali; sacra imago, literæ diæ Cœnæ Domini illius anni; tabula casuum referuatorum; orationes dicendæ ante confessionem; formula absoluedi.

• Mulieres ante solis ortum, vel post eius occasum confitentem in ecclesia nē audiat: neve vllō modo extra sedē confessionalem; & medio inter eum, & mulierem intersepto.

Superpelliceo, & stola violacei coloris vtetur; nec verò vnquam stans, sed sedens audiet, & absoluet, cuiuscunque gradus sit pœnitens. neq; dum pœnitentem audit, inde discedet aliò vocatus, nisi necessaria causa. Dum verò audit, nō aliò neque oculis, neque animo mentēve vagabitur; sed ad pœnitentis confessionem attentus erit, illiusq; peccata vnà cum eo intimè dolebit: memor sanctissimorum patrum, ac præsertim Beati Ambrosij, qui pœnitentium confessionibus audiendis lachrymas perpetuò profudit, eorum culpas simul dolendo.

Vultu, & oculis ita compositis se in sedili confessionali habebit, vt re vera ostendat, se de pœnitentis salute paternè sollicitum; ita tamen vt nullo penitus signo inspectantibus indicare possit, se grauitate fortasse sceleris alicuius commoueri.

Ante confessionem Parochus Confessarij vte perquirat generatim statum pœnitentis, si eum minimè norit. Tum hæc inter cœtera.

Quandiu est, quòd confessus non sit.

An pœnitentiam impeditam præstiterit.

An examinandæ suæ conscientiæ, antequàm ad confessionem accesserit, diligentiam prout opus est, adhibuerit; alioqui differenda esset confessio.

Parochus item interrogabit, an sita sit parochiæ, si dubitet.

Si Confessarius nihil impedimenti obstare viderit, ad confessionem veniendum erit: quæ vt fructuosior sit, rectè faciet Confessarius, si breui, & efficaci aliqua monitione prius pœnitentem præparabit, & accendet ad piè confitendum.

Confessarius quisq; antequàm confessionem audiat, efficiat, vt pœnitens ipso audiente recitet orationem Dominicā, salutationem angelicam, symbolum fidei, & decalogum, ad præscriptum concilij prouinc. quinti: nisi eius recitationis certis personis aliquando remittendæ facultatem habeat, vt sexto prouinc. concilio, & diœcesano vndecimo permissum est: cum ijs verò, qui ea capita recitare nesciunt, aut difficilè discere possunt, agat ad præscriptum eorundem conciliorum.

At verò omnino perquirat, si rudes quidam homines ad confessionem accedentes fidei articulos ignorent, & si opus esse viderit, eos doceat; ita vt explicite eos, & intelligenter sciant, non autem quasi recitantes tantum.

Testimonium eiusdem recitationis, nē tradat ijs, qui non recitarint; cum etiam regularibus falsum dantibus pœnitentis suspensionis à nūnere audiendi confessiones, ex Synodo xj.

Pœnitens ipse omnia, & singula peccata confitebitur: eumque confitentem Confessarius adiuuabit, prout opus esse viderit.

Postea eundem ipse interrogabit, an alia peccata recordetur: demum de singulis decalogi præceptis, de septem peccatis capitalibus (si tamè expedire pro ratione personæ viderit) item de omisissis, & commissis circa præcepta Ecclesiæ, opera misericordiæ, virtutes theologicas, vsum quinque sensuum.

Extra materiam peccatorum non vagabitur in confessione.

Prudens cautusq; erit in interrogationibus; ne, rudibus præsertim, atq; vtriusque sexus iunioribus, ad nouum, & nunquam antea attentatum scelus, occasionem aperiat, atq; det. hi tamen de peccatis, quorum nullam in confessione mentionem fecerunt, & in quibus probabili-

habilitate existimari possunt deliquisse, prudenti cautione interrogandi erant; nè aut pudore, aut ignorantia celent peccata.

Studeat verò semper exquirere, si quid pœnitens norit, quod ad sanctæ Inquisitionis officium sit deferendum.

Si censura, aut peccato pœnitens sit irretitus, à quo ipse non possit absolueri; ne tamen eum rejiciat, sed potius iuvare studeat. quia in re, cum liceat eum à quibus potest absolueri, & pro reservationum absolutione mittere ad eum qui habet absolvendi facultatem; videbit tamen, utrum animæ illius magis consulatur, si ipse absolvendi facultatem impetret coram, si fieri possit, alioqui per litteras saltem, idque cautè quantum fieri possit: ut ita pœnitentem vno tempore ab omnibus peccatis absolvat.

Caueat, nè excommunicatum prius absolvat à peccatis, quam ab excommunicatione sit absolutus.

Videat diligenter, ne quem absolvat, qui vel odium, inimicitiamve deponere nolit; vel restituere pro facultate recuset alienum; vel à statu peccati mortalis paratus non sit discedere, occasioneve similis peccati vitare: quia de re doctrinas probatas studeat rectè cognoscere, & secundùm eas sese gerere.

Observeat, si quod peccatum mortale in confessionibus præteritis studiosè subtrahit, ut iterari sit opus.

In eo maximè cautus sit absolvendo, cui cum facultas adsit aliena restituendi, vel legata pia persolvendi, idque iam aliàs in confessione promiserit, præstare tamen neglexit.

Peccata quædam magis visitata, & que maximo sunt fidelibus populis damno, & scandalo, studiosè persequatur: contractus, quibus usura palliata inest, ut in cambijs, & venditionibus multis: crimen falsi testis: choreas, & spectacula; venereas amicitias; & eiusmodi.

Antequam pœnitentiam imponat, & absolutionem tribuat pœnitenti; videbit, an propter Deum veram peccatorum suorum contritionem habeat: anque certum deliberatum que ei sit, in posterum quantum in se est, diuina gratia adiuvante, à peccatis abstinere; & quæ antea

commiserit, pro ijs satisfactionem persolvere. Quod si ita animo affectum viderit, monebit, valde que hortabitur, ut pro tanto beneficio maximas gratias Deo agat, ab eoque cœlestis gratiæ præsidium petere nunquam desinat; quo ad iustas, pravis cupiditatibus facile resisteret possit.

Si verò talem contritionem illi non habere intellexerit; illius desiderio accendere conabitur, hoc admonens, propter Deum ipsum usque adeo quantum potest, eum peccata dolere oportere, ut saltem adiutrice diuina gratia, quam à Deo intimè precetur, ex sacramenti que virtute, ex attrito contritus fiat.

Quod si pœnitens nullam contritionem, nec verò saltem attritionem, aut neque propositum abstinendi in posterum ab aliquo mortali peccato ostendet; eum minimè Confessor absolvat: sed tamen eum salutaribus consilijs, & bonis operibus præscribendis iuvet: quod idem præstet, si ante confessionem animaduertit; cauendo, nè quemquam asperius tractans, culpa sua inducat, ut vel desperet, vel à confessione abhorreat.

Caueat autem omnino, nè verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodatur peccatorem; sed si prudentiori consilio indigerit, illud absque ulla expressione personæ cautè requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiâ iudicio sibi detectum præsumserit reuelare, non solum à sacerdotali officio deponendum, verumetiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum esse, canone decretum est.

Confessionis testimonium signatum ne dare omittat peccata confessis in Pascha, ut de ea Parochis constet. Item ægrotationis tempore, ut possit medicis ostendi: quod qui non fecerit, eum, si regularis sit, suspensionem; si alius mulctam, pecuniariam subire synodo xj. decretum est.

Confitentium nomina & cognomina Paschæ tempore in librum certum lapsposito die referat, ut is possit petenti Archiepiscopo ostendi.

Ne quid accipiat in sacra huiusmodi mini-

Pag. 411. G.
Quod si q.

Q

ministracione, neve arcam aut vas aliquod habeat ad eleemosynā hac de causa etiam dissimulanter excipiendam.

Si quid pecuniæ dare pœnitentes ad satisfacionis, vel penitentiæ opus debent, id ne sibi confessarius sumat, etiam si erogandum sit in Missæ sacræ faciendis.

De cohortatione & monitione Confessoris ad pœnitentem.

Confessione audita, perpendens peccatorum quæ ille admisit, magnitudinem; nempe qualia sint, quàm grauiā, & quoties peccarit: pro eorum grauitate, proq; illius qui commiserit, conditione, cohortationes, monitiones paternæ charitate adhibebit, atque correptiones etiam, reprehensionesq; graues, prout opus esse viderit.

Hæc porrò pœnitentem valde cohortabitur in Domino: vt in officij, aut artificij quod exercet, aut ordinis statusve sui munere se iuste recteq; gerat.

Bene, ac christiano more viuendi regulas demonstrabit, prout opportunum esse viderit pœnitenti, præsertim patrifamilias, & omnino pro personæ illius ratione, idq; etiam ex libellis eo de genere editis.

In primis, vt sanctissima sacramenta, cōfessionem, & communionem deuotè frequentet.

Quotidie, manè saltem vespereq; ad præsidium orationis confugiat, in qua aliquid de passionis Domini nostri, vel alijs mysterijs meditetur; supplexq; omni intima pietate Deum adoret, ei de beneficijs vniuersè speciatimq; acceptis gratias agat; & factò breui conscientie suæ examine, ab eo tota mente totoq; corde petat misericordiam ac veniam erratorum suorum; & lumen præterea, ac virtutem, quia ipse adiutus rectè ambulet, atque adeo progrediatur in viā mandatorum diuinæ legis.

Docebit etiam optimum fore, si aliquè ex sanctorum numero, patronum celestem deligat, præcipuè beatissimam Virginem Mariam matrem Dei, cuius intercessionem quotidie imploret.

Sancti etiam cuius nomen habet, exempla virtutum imitari studeat: & quorum sanctorum dies festi coluntur, eum eorū celebritas anniuersaria agitur, ab vniuf cuiusq; illorum vita aliquam virtutem præcipuam discat, quam sibi quoq; proponat ad imitationem.

Et verò pietatis christianæ officia, atq; opera charitatis, vt maximè potest, sollicitè amplectatur.

Peccata verò, atque adeo omnem peccandi occasionem fugiat: hincque fugiendis ipse pœnitenti remedia salutaria demonstrabit.

Eūdemq; præterea adhortabitur, vt malorum consuetudinem deuotans, bonorum, pièq; agendi studiosorum non solū familiaritate, sed consilio vtatur.

Pœnitentem vt affectum esse anima duertit, ita opportunè, salutariterq; monebit Afflictam ad patientiam hortabitur exemplo Christi Domini, & sanctorum eius. Si quem æterni supplicij commemoratione vehemèter angere viderit, eum in spem diuinæ bonitatis, & misericordie infinitæ eriget. alium qui grauissimè peccarit, si neque contritum, neque attritum viderit; metu diuinæ iustitiæ perterrefaciet, cum eodemq; aget vt supra. ægrotum verò consolabitur, vt demonstratum est in ea parte, quæ est de visitatione infirmorum.

Omnino more periti medici sciet infundere vinum & oleum vulneribus fauciat, diligenter inquirere & peccatoris circumstantias, & peccati; quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad saluandum ægrotum.

Quamquam autem absolutio, quæ est forma sacramenti pœnitentiæ, consistit in illis verbis, Ego te absoluo, debet tamen confessarius alia quoque addere, vt infra suo loco in ordine notata sunt.

De modo imponendæ pœnitentiæ.

Pœnitentia imponenda, adhibebit & prudentiam, & pietatem, & iustitiam.

Habebit rationem status, conditionis, sexus, & ætatis.

Vide.

Videbit, ne ei qui in aliena potestate est, eam pœnitentiam iniungat, qua vel præiudicium afferatur illius iuri, qui pœnitentem in potestate habeat; neve eâ, qua vel occasio detur spiritualis ruinae, vel pœnitentis, alteriusve peccatum detegi, vel aliquod scâdalum suboriri, vel ipse pœnitens nimium deterreretur, remissive & tepidus reddi possit. Quamobrem talem imponet, qualem ab eo præstari posse iudicet. proinde aliquando, si ita expedire viderit, illum interroget, an possit, anuè dubitet pœnitentiam sibi iniunctam peragere: alioquin eam mutabit, aut minuet.

Considerabit item animum mentisq; pœnitentis, ac fletum, gemitû, & lachrymas intimi doloris indices.

Cum hæc Parochus, pro prudentia, charitateq; sua spectabit, tum verò maximè videbit, vt ne pro peccatis grauib; leuissimas pœnitentias imponat: id quod & Confessoribus, & pœnitentibus periculosum est: cum id à sacris literis, & à conciliorum decretis, & à sanctorum patrum sententia alienum sit. nam diuinæ literæ, ab ijs qui pœnitentiam agunt, hoc efflagitant, vt fructus dignos pœnitentiæ faciant. vtq; ad Dominum conuertantur in ieiunio, fletu, & planctu. Et verò qui peccatis grauib; leues quosdam pœnitentiæ modos imponunt, hi (canon inquit) consuunt puluillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Immo concilium Tridentinum docet, alienorum peccatorum participes fieri eos Confessores, qui dū cum pœnitentibus indulgentias agunt, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungunt.

Si quis igitur grauiter, publice que peccarit: cum publicam pœnitentiam restituendam esse sacra Tridentia Synodus decernat, ei publicam pro ratione criminis imponet.

Si cui autem, cum publicè offenderit, pœnitentia publica imponenda est, is ab ea longè refugiat; ne desistat propterea per suadere, vt suscipiat: si minus persuasione potest, consulat Archiepiscopum.

In peccati grauitate perpendet item, quoties admiserit: nam si quis in eodem peccati genere sæpius offenderit, dignus est, qui grauiori pœnitentia afficiatur.

Pœnitentis præterea culpas graues perpendenti, sibi ob mentis oculos proponet canones pœnitentiales, qui lumen & sibi, & pœnitenti quoque afferant; quo videant, quemadmodum pro peccati ratione, pœnitentia & imponenda, & suscipienda sit.

Eorum canonum tam en pœnitentias, vt tempora ferunt, pro charitate & prudentia sua minuet, prout peccati, & peccatoris circumstantiæ requirent: in quibus, præter eas quæ paulò antè demonstratæ sunt, rationem etiam habebit cōtritionis eius, qui peccauit.

Demonstrabit tamè ijs qui grauius peccarint (quò magis scelerum suorum magnitudinem agnoscant) quanta ipsis pœnitentia ex canonum regulis imponenda esset. nec verò putent sua peccata leuia esse, quia parua illis pœnitentia data est: sed hoc factum esse, ne eam, quæ pro culparum ratione iniungenda erat, deserant cum periculo salutis suæ. Proinde pœnitentes ideo hortandi erunt, vt præter pœnitentiæ opera imposta, plura etiam alia præstare conentur. iunget præterea pœnitentiam pro culpa, & personæ ratione: Ita vt superbis humilitatis opera: Carnis voluptatem sectantibus, ieiunia, abstinentiam, cilicij gestationem, aliamque corporis macerationem, pro peccati grauitate indicat: In oratione negligentibus, vt singulis diebus mane saltem, & vespere orationi vacent; feria secunda, & alijs certis ferijs pro defunctis orent; certis item definitisque diebus, deuotè visitent stationales, & præcipuæ deuotionis ecclesias, & altaria; præsertim in quadragesima, & in aduentu.

Mundi pompas, choreas, aliaque opera satanæ conlectantibus, eam pœnitentiã imponet, vt in hebdomada manè certis diebus (id quod in singulos dies etiam faciendum esse grauissimè beatus Chrysostomus monet) sancta meditatione sibi proposita, solennem illam sponsonem, quam per compates in baptismo san-

Matt. 3. & 4.
Luc. 3.

Sess. 14. c. 8.
de Sacri. pœc.

Sess. 14. c. 8.
de re. f.

Et fecerunt, redintegrent, intimè Deum precando: in qua precatione, firmo stabilitiq; animi proposito statuunt, se Christo Domino adherere, renuciareque iterum atq; iterum seculi pompis, operibus tenebrarum, & diabolo in primis; cui se aduersarios esse & professi sunt, & profitentur perpetuò.

Penitentia genera.

ATque hæc quidem penitentia genera à sanctis viris accepta, ecclesiasticaque disciplina interpretibus, pro peccatorum ratione adhiberi poterunt.

Vt penitens vestium sericarum vsu, auri ornamento, conuiuiorum apparatu, venatione aliquo certo tempore abstineat.

Vt egentibus hominibus cibum suppeditet, ac ministret: pedes item lauet.

Vt peregrinos pro facultatum ratione hospitio excipiat.

Vt in publica domo hospitali, loco vepio aliquot dies operam nauet.

Vt visitet, qui in carcere sunt, eosdem consoletur, & cum per facultates potest, alat certo præstituto tempore.

Vt se per aliquot dies in monasterium aliquod, aliumve semotum locum abdat, vbi penitens viuat.

Vt aliquot diebus carne, aut vino item abstineat.

Vt certis diebus, præsertim feria quarta, sexta, & sabbato ieiunet: vel etiam vescatur solum pane, & aquæ potu vtatur.

Vt certo aliquo tempore non equitet.

Vt si facultates suppetunt, certam pecuniam, aut fromenti, aut vini quantitatem in elemosynam pauperibus Christi cõferat.

Vt genibus flexis, aut etiam brachijs extensis in modum crucis, certo tempore, & hora præfinita, ante crucem, aliamve sacram imaginem in ecclesia oret.

Vt humili aliquandiu iaceat, cubetve.

Vt flagella certis præscriptis diebus sibi adhibeat.

Vt cilicium aliquot dies induat.

Vt religiosam aliquam peregrinationem suscipiat, sancteq; conficiat.

Vt statos psalmos penitentiales, alias

que penitentiales preces piè recitet ali quot dierum spatio.

Vt certas ecclesias, puta stationales, vel præcipua deuotionis visitet.

O R D O

Ministrandi Sacramentum Penitentia.

Confessarius superpelliceo, & stola violacei coloris indutus, prius genuflexus orat, vt tanto possit ministerio satisfacere; tum has quoq; preces adhibet pro opportunitate.

¶ Cor mundum crea in me Deus.

℞. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis.

¶ Ne proicias me à facie tua:

℞. Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

¶ Redde mihi læticiam salutaris tui.

℞. Et spiritum principali confirma me.

¶ Docebo iniquos vias tuas:

℞. Et impij ad te conuertentur.

¶ Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ:

℞. Et exaltabit lingua mea iustitiam tuam.

Oratio.

Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, vt dignè possim tibi gratias agere; qui me indignum propter magnam tuam misericordiam ministrum fecisti officij sacerdotalis; & me exiguum, humilemq; meritorem constituisti ad orandum, & intercedendum ad Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, pro peccatoribus, & ad penitentiam reuertentibus. Ideoque dominator domine, qui omnes homines vis saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; qui non vis mortem peccatorum, sed vt conuertantur, & viuant; suscipe orationem meam, quam fundo pro famulis, & famulabus tuis; qui ad penitentiam venerunt, vt des illis spiritum compunctionis, quo respiciant à Diaboli laqueis, quibus adstricti tenentur; vt ad te per dignam satisfactionem reuertantur. Per eundem Dominum nostrum, & cetera.

Tum

Tum sedet, vt præscriptum est. Pœnitens autem humili habitu, positus humi genibus, iunctis in modum supplicis manibus, se ad confessionem parat.

Confessarius perquirat de illius statu, & interrogat, quæ supra sunt præscripta.

Cum ad confessionem veniendū est, pœnitens primum munit se signo crucis dicens:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Deinde benedictionem ab eo petit his verbis. Benedicite pater. Tum Confessarius inquit:

Dominus sit in corde tuo, & in labijs tuis, vt dignè, & competenter confitearis omnia peccata tua.

Deinde pœnitens dicit orationē dominicam, salutationem angelicam, symbolum Apostolorum, & decalogum, cum ex supra explicatis debet.

Tum recitat confessionem generalem vsque ad ea verba: Ideo precor: percutitq; pectus ad ea verba mea culpa, &c.

Confiteor Deo omnipotenti; B. Mariæ semper virgini; B. Michaeli Archangelo; B. Ioanni Baptistæ; sanctis Apostolis Petro, & Paulo; B. Ambrosio confessori; omnibus sanctis; & tibi pater: quia peccavi nimis cogitatione, verbo, & opere; mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. quoniam si memoriter nescit, adiuvante, suggerenteq; Confessore id præstet; & si opus est, etiā vulgari sermone.

Peccata sua exinde confitetur, adiuvante quotiescunq; opus est, sacerdote: qui demum interrogat, an alia recordeatur, & eius conscientiam perfectius examinat, prout conditio personæ postulat: & ad dolorem & contritionem efficacibus verbis inducere conatur.

Postremò pœnitens accusat se de obli-
tis, & dicit reliquum confessionis generalis.

Ideo precor beatam Mariam semper virginem; beatum Michaelem Archangelum; beatum Ioannem Baptistam; sanctos Apostolos Petrum & Paulum; beatum Ambrosium confesorem; omnes sanctos; & te pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum. deinde pœni-

tentiam, absolutionemque humiliter petit.

Pœnitentiam confessarius imponit: remedia peccatorum tradit. mox si tunc absolvendus est; dicit primò distinctis verbis, vt à pœnitente audiatur, capite aperto, & manibus iunctis:

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducatur te ad vitam æternam. pœnitens respondet: Amen.

Deinde signum crucis dextra formâs versus pœnitentem, dicit:

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. pœnitens respondet: Amen.

Deinde caput operit: manū dextra supra caput pœnitentis eleuata & extensa absoluit hac formula; & dum dicit: In nomine patris, &c. crucis signū dextera format versus pœnitentem.

Dominus noster Iesus Christus te absoluat; & ego auctoritate ipsius qua fungor, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si quod incurristi, quantum ego possum, & tu indiges.

Deinde ego te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Tum sacerdos capite aperto, & manibus iunctis dicit:

Passio Domini nostri Iesu Christi; merita beatæ Mariæ Virginis, & omnium sanctorum; & quidquid boni feceris; & mali sustinueris; sint tibi in remissionē peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. pœnitens respondet: Amen.

Et confessarius dicit, Vade in pace, & noli amplius peccare.

Neque omittit vitæ præcepta tradere, & omnino salutem pœnitentis consilium, vt supra explicatum est.

De absolutione ab excommunicatione.

SI certum sit aliquem incurrisse excommunicationem; & absolutionem debita pietate postulet: si Confessarius absolventi facultatem habeat, eum

forma à iure præscripta absoluet : his seruatis .

Primò, vt in magnis saltem criminibus excommunicatus iuret parere mandatis Ecclesiæ super eo, de quo est excommunicatus.

Deinde, vt pro offensa, aut damno parati satisfaciatur, si, & quatenus tenetur satisfacere: & si nõ potest in præsentia, pmitat, & caueat cautione saltem iuratoria.

Postremò eum absoluet: cuius absolutionis quãuis non sint determinata verba, hac tamen infra descripta vsitata formula & ratione vtetur.

Sed mulierem absoluendam nunquã humeros nudare iubebit, neq; absoluens verberabit.

Neque etiam virum secretò confitentẽ, si sit in præsentia alterius. Si verò in occulto sit, aut fortè absolutio danda sit in foro exteriori, omnia seruabuntur.

Absoluendi ratio.

Pœnitentem igitur vtroque genu flexo, & manibus simul iunctis, humerisque paululũ nudatis, virga, aut funiculis percutit, dicẽdo psalmum quinquagesimũ, Miserere mei. aut alium ex pœnitentialibus, cum Gloria patri &c.

Deinde dicit. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster, &c. secretò.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Saluum fac seruum tuum.

R. Deus meus sperantem in te.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Esto ei Dñe turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Domine exaudi orationem nostrã.

R. Et clamor noster ad te perueniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semper & parcere; suscipe deprecationem nostram: vt hunc famulum tuũ quem excommunicationis catena construxit, miseratio pietatis tuæ clementer absoluat. Per Dominum nostrum, & cætera.

In qua oratione mutandum est genus, prout quis mas est, vel femina.

Quibus peractis eum absoluit hac formula.

Ego absoluo te à vinculo excommunicationis, & restituo communioni fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Si quando committatur confessario absolutio suspensionis, vel interdicti, quãuis nulla sint verba cõstitutã; hac formula vtetur.

Ego absoluo te à vinculo suspensionis, vel interdicti. In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti.

Canones Pœnitentiales,

Quorum cognitio Parochis, confessariisq; necessaria est, dispositi pro ratione ordinisq; decalogi.

Partes docuerũt, quã necessaria ad modũ sit sacerdotibus qui in audiendis pœnitentium cõfessionibus versantur, canonum pœnitentialium scientia. Etenim si omnia, quæ ad pœnitenti modum pertinent, non prudentia solũ, ac pietate, sed iustitia etiam metiẽda sunt: certè norma hæc è canonibus pœnitentialibus sumatur oportet. Sunt nanque ij quasi regulæ quædam, quibus cum ad culpæ commissæ grauitatem rectè dignoscendam; tum ad imponendam pro illius ratione veram pœnitentiam, sacerdotes confessarij ita diriguntur, vt vbi singulæ, & quæ ad peccati magnitudinem, & quæ ad pœnitentis statum, conditionem, ætatem, intimumq; cordis contriti dolorem pertinent, accuratè perpenderit; tum demum pœnitentiam iudicio ac prudentiã suã moderentur. Atque hæc quidem, omnisq; alia, quæ multiplex est huius necessariæ cognitionis ratio à patribus explicata, facit, vt quemadmodum loco suo supra dictum est, canones pœnitentiales pro decalogi ratione dispositi, in vltimam huius libri partem referantur, vnde aliqua eorum notitia ab ipsis confessarijs sacerdotibus sumi possit.

Præ-

PRÆCEPTVM I.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Pœ. R. tit. 7. c. 4. Syn. Elib. c. 22. Anf. lib. 11. c. 120. Pœn. Bed. c. 9. Bur. lib. 19. Pen. R. c. 4. Sy. Laod. ca. 71. Bur. ibid. Sy. Laod. ca. 72. Pœn. Rab. c. 14. Fur. ibid. Pœ. Rab. ca. 25. Bur. ibid. Pœ. Rab. ca. 25. Bur. lib. 19. tit. de sap. Syn. Elib. c. 55. Pœ. Rab. ca. 26. Bur. ibid. Pœ. R. tit. 6. c. 2. Bur. lib. 10. c. 8. Iuo. pa. 11. c. 36. Pœn. R. tit. 6. c. 5. c. 1. Pœ. R. ibid. Pœ. R. tit. 6. c. 11. Bur. lib. 19. c. 769.

Qui à fide Catholica desciscens, intimo, summoq; præuicationis sue dolore affectus ad ecclesiam redierit, pœnitentiam aget annis decem. Quo temporis spatio decurso ei communitio præstari debet. Qui dæmoni immolauerit; in pœnitentia erit annis item decem. Qui more gentilium elementa coluerit: qui vel segetibus faciendis, vel ædibus extruendis, vel arboribus conferendis, vel nuptijs contrahendis, inanem si gnorum fallaciam obserauerit: pœnitentiam aget annos duos ferijs legitimis. Qui ritu paganorum obserauerit calendarum Ianuarij; in pœnitentia erit annos item duos per legitimas ferias. Qui festa gentilium celebrarit; pœnitentiam aget itidem annos duos legitimis ferijs. Qui feriam quintam in honorem Iouis honorauerit; pœnitens pane & aqua uisitabit dies quadraginta. Qui conuiujs gentilium, & escis immolatijs usus erit; publicam pœnitentiam aget. Qui comederit de idololitho; pœnitens uisitabit pane & aqua dies triginta. Qui cum Iudæo cibum sumpserit; pœnitens erit dies decem, pane & aqua uisitans. Qui augurijs, & diuinationibus seruerit, quive incantationes diabolicas fecerit; pœnitens erit annos septem. Mulier incantatrix pœnitentiam aget annum; vel ut alio canone cauetur, annos septem. Qui herbas medicinales cum incantationibus collegerit; pœnitentiam aget dies viginti. Qui magos consuluerit: quive domum suam induxerit, aliquid arte magica ex-

quirendi causa; in pœnitentia erit annos quinque. Qui edes magicis cationibus lustrat, aliudve tale admittit: & qui ei confert, quive consulit; in pœnitentia erit annos quinque. Qui tempestatum immissor erit; pœnitentiam aget annos septem, tres in pane & aqua. Qui uero crediderit, particeps ueretur; annum unum per legitimas ferias. Si quis ad fascinum præcantauerit; pœnitentiam aget quadragesimas tres in pane & aqua. Si quis ligaturas, aut fascinoles fecerit; pœnitens erit annos duos per legitimas ferias. Si quis sortilegus erit; pœnitentiam aget dies quadraginta. Si quis in codicibus, aut in tabulis sorte ducta res futuras requisierit; pœnitens erit dies quadraginta. Respiciens furta in astrologio; annis duobus. Si quis aliquid comederit, aut biberit, aut super se portarit ad euertendum iudiciu Dei; pœnitentiam aget ut magus. Si quis clericus, vel monachus, postquam Deo uouerit, ad sæculum redierit; pœnitentiam aget annos decem, quorum tres in pane & aqua.

Sy. Ancy. ca. 23. Pœn. R. tit. 6. c. 21. & 20. Pœn. Bed. a. 7. Anf. lib. 11. c. 130. Pœ. R. tit. 6. ca. 8. Syn. cab. c. 5. Iuo. pa. 11. c. 24. C. 1. de fort. Pœ. R. titu. 6. ca. 7. ca. 1. de fort. C. 1. de fort. Pœ. R. tit. 6. c. 6. Anf. lib. 11. c. 146. Pœ. R. tit. 6. c. 5. Anf. lib. 11. c. 146. PRÆCEPTVM II. Non assumes nomen Dei tui in uanum. Canones pœnitentiæ. Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit. Pœ. R. tit. 5. c. 6. q. 1. c. 18. Tart. lib. 5. c. 5. Pœn. B. c. q. 22. q. 5. c. 2. Pœ. R. tit. 7. c. 2.

Qui per iurium in ecclesia fecerit; pœnitentiam aget annos tres: in cruce non consecrata; annum unum. Qui periurium in ecclesia fecerit; pœnitentiam aget annos tres: in cruce non consecrata; annum unum.

Qui periurium in ecclesia fecerit; pœnitentiam aget annos tres: in cruce non consecrata; annum unum.

nitentiam aget annos decem.

Pœ. Bed. c. 9. Qui sciens peierat Domini impulsu; **Ex pœ. 222.**
Pœ. R. tit. 2. pœnitens erit quadragesimas tres, & c. 1.
Bur. lib. 12. ferias legitimas. Dominus autem, quia c. 4.
præcepit; quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequentes annos.

Pœ. R. tit. 2. Si quis sciens peierauerit, aliosq; in c. 9.
Bur. lib. 19. periurium induxerit; pœnitens erit dies quadraginta in pane & aqua, & septem sequentes annos: & tot periuria ieiunabit, quot homines in periurium induxerit.

Pœ. R. tit. 2. Si quis suspicatur se ad periurium induci, ex consensu iurat; pœnitentiam induci, ex consensu iurat; pœnitentiam aget dies quadraginta, & septem annos sequentes, & nunquam sine graui pœnitentia erit.

Pœ. R. tit. 2. Si quis per cupiditatem periurium fecerit; quadragesimam in pane & aqua ieiunet, & quamdiu uiuit omnes sextas ferias. item

Bur. lib. 19. Si quis per cupiditatem peierauerit; omnes res suas vendet, & pauperibus distribuet, & monasterium ingressus iugiter se pœnitentia subdet.

Tart. lib. 5. Si quis coactus, necessitateq; aliqua c. 6.
22. q. 1. ca. si quis.

Pœ. R. tit. 2. Si quis coactus, necessitateq; aliqua impulsus periurium commiserit; in pœnitentia erit quadragesimis tribus. ite c. 2.

Bur. li. 12. c. 60. Si quis coactus peierauerit; pœnitens quadraginta diebus pane & aqua victi- tet, ac præterea omnibus sextis feriis.

Pœ. R. ibid. c. 23. Si quis seductus ignorans, & postea cognoscit; pœnitentiam aget annum vnum, vel quadragesimas tres, vel dies quadraginta.

Bur. lib. 9. Qui compellit alium, vt falsum iuret; quadraginta dies in pane & aqua, & septem annos in pœnitentia erit.

Pœ. R. tit. 2. Si quis iusiurandū, quo se Regi & Domino suo se adstrinxerit, violauerit: in monasterio pœnitentiam aget omnibus diebus vitæ suæ.

Ans. lib. 11. Si quis se iureiurando obstrinxerit, vt cum aliquo litiget, nec pacem cum eo reconciliet; pœnitentiam aget dies quadraginta in pane & aqua, per annum à sacra communione segregatus: ad charitatem verò celeriter redeat.

Syn. Her. c. 7. Si quis per capillum Dei, aut per caput eius iurauerit; si semel nesciens fecerit; pœnitens aqua & pane septem dies victi- ter: si secundo, ac tertio monitus idem fecerit, dies quindecim.

Pœ. R. tit. 2. c. 7.
Ans. lib. 11. c. 68. 22. q. 5. c. 19.
Syn. Her. c. 7.
Pœ. R. tit. 2. c. 11.
Bur. lib. 19. c. 68.
Iuo par. 12. c. 63.
Pœ. R. ibid. c. 23.
Bur. lib. 9.
Pœ. Bed. c. 9.
C. si quis. 22. q. 5.
Pœ. R. tit. 2. c. 7.
Ans. lib. 11. c. 68. 22. q. 5. c. 19.
Syn. Her. c. 7.
Pœ. R. tit. 2. c. 11.
Bur. lib. 19. c. 68.
Iuo par. 12. c. 63.
Pœ. R. ibid. c. 23.
Bur. lib. 9.
Pœ. Bed. c. 9.
C. si quis. 22. q. 5.

Si per cœlum, aut per aliam aliquam creaturam; dies item quindecim.

Si quis blasphematus, tamdiu pœnitens erit, quamdiu impœnitens permanfit.

Si quis Deum, vel beatam Mariam Virginem, vel aliquem sanctum publicè blasphemauerit: pro foribus ecclesiæ diebus Dominicis septem, in manifesto, dum Missarum solennia aguntur, stet: vt timoq; ex illis die sine pallio, & calciamentis, ligatus corrigia circa collū: septemq; præcedentibus feriis sextis in pane & aqua ieiunet, ecclesiam nullo modo tunc ingressurus: singulis item septem illis diebus Dominicis, tres, aut duos, aut vnum pauperem pascat, si potest; alioquin alia pœnitentia afficiatur: recusans, ecclesiæ ingressu interdicatur; in obitu, ecclesiastica sepultura careat. Diues à magistratu mulctetur pœna solidorum quadraginta, alioqui triginta, seu viginti.

De hoc detestabili peccato extat factio Leonis Decimi Pontificis in Concilio Lateranensi sessione nona.

PRÆCEPTVM III.

Sabbata Sanctifices.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Bur. lib. 19. **Ex pœ. 222.** **Ex pœ. 222.** **Ex pœ. 222.**
Qui opus aliquod feruile die Dominico, festiue fecerit; pœnitentiam aget tres dies in pane & aqua.

Qui die Dominico opus terrenum fecerit, qui navigarit, aut equitarit: dies septem pœnitentiam aget.

Si quis per cōtemptum in Dominica ieiunauerit; pœnitens erit hebdomada vnam: si iterum, dies viginti; si præterea tertium, dies quadraginta.

Si quis ante ecclesias, vel die festo, saltationes (quas ballationes vocant) fecerit; emendationem pollicitus, pœnitentiam aget annis tribus. In graeco codicibus: Clericus deponatur, laicus excommunicetur.

Si quis pransus Missæ inter fuerit, pœnitens erit dies tres in pane & aqua.

Si

Bur. ibi. ca. seq. Si quis sacram communionem sum-
pserit post aliquam vel minimam degu-
stationem; pœnitentiam aget dies decem
in pane & aqua.

Bur. ibid. c. seq. Si quis in ecclesia confabuletur, cum
diuina sunt: pœnitens erit dies decem
in pane & aqua.

Bur. ibid. tit. de sac. Si quis festa Paschæ, Pentecostes, Na-
talis Domini (nisi infirmitate impedi-
te) alio loco celebrarit, quam ubi do-
micilium habet; pœnitens erit dies item
decem in pane & aqua.

Pœ. R. tit. 7. c. 11. Si quis ieiunia à sancta Ecclesia indi-
cenda violarit; pœnitentiam aget dies vi-
ginti in pane & aqua.

Bur. lib. 10. In Quadragesima, carne sine ineuita-
bili necessitate vescens; in Pascha non
communiceat, ac præterea carne absti-
neat.

Pœ. R. tit. 7. c. 7. Sy. Tol. 8. cap. 9. Ex iudicio can. Qui in Quadragesima ieiunium vio-
lauerit; pro vno die pœnitentiam aget
dies septem.

Pœn. ibid. Bur. ibid. Si quis ieiunium quatuor temporum
non custodierit; pœnitens erit dies qua-
draginta in pane & aqua.

Pœ. R. tit. 7. c. 10. Bur. b. 19. Qui neglexerit in quatuor his solen-
nitatibus, die cœnæ Domini, in Pascha,
Pentecoste, & in Natali Domini sacram
communionem sumere; aget pœniten-
tiam in pane & aqua dies viginti.

PRÆCEPTUM IV.

Habeas in honore parentes.

Canones pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo
modo peccarit.

Pœn. Th. Bur. lib. 19. **Q**VI parentibus maledixerit; qua-
draginta dies pœnitens sit in pa-
ne & aqua.

Pœ. R. tit. 4. c. 11. Qui parentes iniuria affecerit, tres
annos.

Bur. lib. 19. c. 34. Qui percusserit, annos septem.

Pœ. R. tit. 6. c. 17. 4. 9. 3. c. 22. Qui expulerit; tamdiu pœnitens,
quamdiu in impietate permanserit.

Sy. Tung. c. 3. Si quis contra Episcopum pastorem
& patrem suum insurrexerit; vno in lo-
co, monasterio ve pœnitentiam aget om-
nibus diebus vitæ suæ. Addit Gratia-
nus, vt in primis omnia bona eius pro-

scriptione publicentur, deinde in vno
monasterio &c.

Eadem pœnitentia afficiatur, qui con-
tra presbyterum.

Si quis contra Episcopum pastorem
& patrem suum conspirauerit; gradu
suo amouebitur. Itidem si infidias ten-
derit.

Si quis in eo conspirauerit, vt Episco-
pi doctrinam, vel præcepta irrideat, vel
subfannet; aget in pane & aqua pœni-
tentiam dies quadraginta.

Qua pœnitentia etiam afficiatur, si quis
ita conspirauerit, vt eius ministrorum
præcepta contemnat.

Si quis item presbyteri, Parochiæ
sui præcepta irriserit; pœnitens item
erit dies quadraginta in pane & aqua.

PRÆCEPTUM V.

Non occides.

Canones pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo
modo peccarit.

QVI Presbyterum occiderit; pœni-
tentiam aget annos duodecim.
item.

Si quis Sacerdotem voluntariè occi-
derit; carne, & vino abstineat cunctis
diebus vitæ suæ. quotidie, exceptis fe-
stis, Dominicisq; diebus, ieiunet. non
equitet, non arma ferat, non ecclesiam
ingrediatur quinque annis: sed pro eius
foribus stet.

Post quinque annos ecclesiam ingredia-
tur licet: nondum verò communiceat,
sed intere audientes sit. Decimi anni cur-
su cōfecto, communiceat, & equitet licet.

Qui vel ipse, vel de eius consilio, ali-
quem ecclesiastici ordinis hominem,
aut Psalmitam, aut Ostiarium, aut Le-
ctorem, aut Exorcistam, aut Acoluthum,
aut Subdiaconum, aut Diaconum, aut
Presbyterum; per singulos ordines sin-
gulariter pœnitentiam agat: pro Psal-
mita carinam vnam, nempe quadra-
ginta dies in pane & aqua; pro ostiario
itidem: pro lectore itidem: pro exorci-
sta similiter: pro acolutho similiter: pro
Subdiacono similiter: pro Diacono si-
militer.

Gr. 24. q. 3. c. 22.

Pœ. R. tit. 6. c. 18.

Sy. Calc. c. 18.

Pœ. R. c. 19.

Pœ. R. tit. 6. c. 19.

Bur. lib. 19.

Ibidem.

Pœ. R. tit. 1. c. 1.

Sy. Mog. c. 24.

Pœ. R. c. 2. 24.

Bur. lib. 6. c. 8.

Iuo pa. 10. cap. 137.

Mag. sub. Ambr. c. 6. Trib. c. 5.

Bur. lib. 19. & lib. 17.

Pœn. R. tit. 1. c. 34.

Syn. Vorm. c. 26.

militer. Quapropter omnis qui interfecerit voluntariè presbyterum, ita poenitere debet, vt octo homicidia commissa, & nunquam debet esse sine poenitentia.

Iuo par. 10. Si quis presbyter presbyterum occiderit; poenitentiam aget annos viginti octo.

Iuo ibid. c. 15. Si quis presbyterum armis contra se irruentem occiderit; poenitens erit annos decem.

Poe. R. tit. 1. c. 13. Greg. 11. in ep. 8. Ad Bon. Mog. Anf. lib. 11. c. 51. Si quis patrem, aut matrem, fratrem, aut sororem occiderit; toto vitæ suæ tempore non suscipiat corpus Domini, nisi in obitu: abstineat à carne, & vino, dum vixerit: Ieiunet secunda, & quarta, & sexta feria. item.

Poe. R. tit. 1. c. 22. Syn. vorm. c. 30. Bur. lib. 19. Iuo ibi. 163. 164. & c. 173. ex ep. Nicolai Papæ. Si quis parricidium fecerit; id est, patrem, aut matrem, fratrem, sororem, patruum, amitam, aut materteram occiderit: si casu, neque per iram fecerit; vt homicidij sponte commissi poenitentia aget: si sponte, & iratus; pro foribus ecclesie per annum stabit Deum orans. Anno peracto, in angulo ecclesie per annum item stabit. Quibus peractis, si poenitentie fructus in eo conspicietur, sacre communionis particeps fiet. Carne abstinebit tota: quotidie ieiunabit præter dies festos: à vino, ceruisia, mellita abstinebit dies hebdomada tres. Pedibus quocunque ierit, iter faciet: armis nunquam vteretur, nisi contra paganos: vxorem si non habet, nunquam ducet. item

Poe. R. c. 14. tit. 1. Anf. lib. 11. c. 48. Qui voluntariè genitorem suum, aut genitricem occiderit; extra patriam septem annis exul fiat: tunc demum vsque ad mortem cum fletu, & gemitu poeniteat. Si autem nolenti accidit, decem annis poeniteat iudicio sacerdotis.

Qui voluntariè filium suum, vel filiam suam, vel germanum, aut germanam suam occiderit; quinque annis extra metas ipsius terræ exul fiat: deinceps viginti annis poeniteat: Qui verò voluntariè auum suum, vel auam suam, vel nepotem suum, vel patruum, aut auunculum, seu amitam, siue materteram, aut filium, vel filiam germani sui, aut germanam, seu consobrinum suum, siue consobrinam suam occiderit, id est à tertia vsque ad septimam: si verò tertia fuerit, duode-

cim annis inermis poeniteat: si quarta, vndecim annis poeniteat: si quinta, decem: si sexta, nouem: si septima, octo annis poeniteat. Si autem nolens, arbitrio sacerdotis poeniteat. Qui voluntariè patrem suum, aut matrem, vel filium, aut filiam de sancto lauacro, seu fratrem, siue sororem in Christo, aut Dominum suum, vel Dominam, seu vxorem suam occiderit; quinque annis extra metas ipsius terræ exul fiat: tunc demum vndecim annis inermis poeniteat. Si verò nolens, septem annis poeniteat. Qui vitricum suum voluntariè occiderit, aut nouercam, seu priuignum, siue priuignam, vel socerum suum, aut socram suam, seu generum suum, siue nurum; decem annis poeniteat. Si verò nolens, quinque annis poeniteat.

Si quis filium non sponte occiderit; vt homicidij sponte commissi poenitentia afficietur.

Quæ mulier filios suos necarit; peracta septennali poenitentia, in monasterium detrusa, monasticam vitam perpetuò regulariter aget.

Si quæ mulier post partum filium, filiamve sponte interfecerit; poenitentiam aget annos duodecim: & nunquam erit sine poenitentia.

Pauperecula si ob difficultatem nutriendi id commiserit, annos septem.

Si qua mulier sponte abortum fecerit; poenitentiam aget tres annos: si nolens, quadragesimas tres. item

Mulier partum suum perdens voluntariè ante quadraginta dies, poenitens erit annum: si verò post quadraginta dies, annos tres: si verò postquam editus est in lucem, tanquam homicida.

Quæ sceleris occultandi causa filium necarit; poenitentiam aget annos decem.

Qui nolens filium oppresserit; si post baptismum, poenitentiam aget dies quadraginta in pane & aqua, oleribus, ac leguminibus; abstinebit ab vxore dies totidem. Deinde poenitens erit tres annos per legitimas ferias: tres præterea quadragesimas in anno obseruabit. Si ante baptismum, quadraginta dies vt supra, & quinquennij præterea poenitentiam explebit.

Cuius paruulus sine baptismo penne gligentiam

Iuo, pa. 16. c. 165. Sy. Trib. c. 51. Iuo par. 10. c. 166.

Poen. R. c. 16. Bur. lib. 19.

Poe. R. tit. 1. c. 35. Bur. lib. 19. c. vlt. Anf. P. Bed. c. 1.

Poe. R. c. 15. c. 28. Bur. lib. 19. c. 53. Iuo pa. q. c. 183. & par. 10. c. 187. Poe. R. lib. 1. c. 29. Bur. lib. 19. c. 58. & lib. 19.

Pœn. R. tit. 1. c. 31. gligentiam moritur; tres annos pœniteat; vnum in pane & aqua: Infans infirmus & paganus si cõmendetur presbytero: si moritur absque baptismo, depõnatur: & si per negligentiam parentum fuit, annum vnum pœniteat.

Ex pœ. The. Cuius filius sine confirmationis sacramento moritur; parentes, quorum negligentia id factum est, pœnitentiam agent annos tres.

Pœ. R. tit. 1. c. 32. Si quis explendæ causa libidinis, vel odij meditatione, vt non ex eo soboles nascatur, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non posset generare, aut concipere; homicida teneatur.

Pœ. R. tit. 1. c. 33. Occidisti vxorem tuam, legitimo matrimonio sociatam, sine causa mortis; non tibi resistentem, non insidiantem quoquo modo vitæ tuæ: non inuenisti eam cum alio viro nefariam rem facientem: sed incitatus à diabolo, impio inflammatus fu ore, latrocinij more, atrocior & crudelior omni bellua, eam gladio tuo interemisti. Et nunc post mortem eius addis iniquitatem, filiorum tuorum improbe prædo: qui matri non percipisti, & filios tuos ideo orphanos fecisti, vt superinduceres mortis causam post mortem. Et per vnum homicidam, & reprobum testem incusare vis mortuam. hoc nec Euangelium, nec vlla diuina, humanaq; lex concedit, vt vnus testimonio etiam idoneo aliquis condemnatur, vel iustificetur.

Quantò magis per istum tam flagitiosum & sceleratum, nec illa viuã debuit condemnari; nec tu poteris post eius mortem excusari. Prius causa criminis subtiliter erat inuestiganda; & tunc si rea fuisset inuenta, secundum legis tramitem debuit excipere vltionis vindictam. Nam & si verum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est; post septem annos pœnitentiã peractã dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses: occidere eam nullatenus debuisti. Duo consilia proponimus tibi: accepta tecum deliberatione duorum elige magis quod placeat, & miserere animæ tuæ: & tu hic in isto angusto tempore positus, ne sis tu ipse tuimet homicida, & in æternum pereas.

Relinque hoc malignum seculum, quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus; multorum fratrum precibus adiutus obserua cuncta simplici animo, quæ tibi ab Abbate fuerint imperata, si forte ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis. Illud consilium, vt certissime scias, leuius, ac salubrius esse; vt sub alterius custodia lugeas deslenda peccata. Secundum autem consilium tale est. Arma depone, & cuncta secularia negotia dimitte. Carnem, & sagimen omnibus diebus vitæ tuæ non comedas, excepto vno die Resurrectionis Domini, & vno die Natalis Domini. Ceteris temporibus in pane & aqua, & interdum leguminibus, & oleribus pœniteas. In ieiunijs, & vigilijs, & orationibus, & in eleemosinis perseuera omni tempore. Vinum, & medonem, & mellitam, & ceruisiam nunquam bibas; nisi in illis prædictis tribus diebus. Vxorem ne ducas, concubinam non habeas, adulterium nõ facias, absq; coniugio in perpetuo permaneas. Nunquam te in balneo laues, equum non ascendas, causam tuam & alterius in conuentu fidelium non agas. In conuiujs latantium nõquam sed eas: in ecclesia segregatus ab alijs christianis post ostium humiliter stes, ingredientium, & egredientium orationibus te suppliciter commendes. Communionem Sacri Corporis, & Sanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te existimes; in vltimo termino vitæ tuæ pro viatico (si obseruaueris consilium) vt accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa duriora, quæ tibi iuxta prædicta tanti facinoris essent adicienda. sed si hæc omnia, quæ supra misericorditer dicta sunt, perfecto corde Deo auxiliante perfeceris, & custodieris; confidimus de immensa clementia Dei, remissionem tuorum peccatorum te habiturum; & secundum boni iustiq; pastoris imperium resoluat te sancta Ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, vt per ipsius gratiam, qui eam suo sanguine redemerat, sis solutus in cœlis. Sin autem aliter feceris, & sanctæ matris Ecclesiæ salubre consilium despexeris; ipse tibi sis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, maneat: sanguisq; tuus sit super caput tuum, & sub

& sub indissolubili anathemate permanens; donec Deo, & sanctæ Ecclesiæ satisfacias.

Pœ R. tit. 1.
c. 12.

Bur. lib. 6.
c. 39.

Iuo p. 10. c.
168.

Gr. 23. q. 5.
c. 12.

Bur. lib. 19.
c. 30.

Iuo par. 10.
c. 186.

Par. 10. cap.
145.

Si mulier maritum suum causa fornicationis veneno interfecerit, aut quacunq; arte perimere facit; quia Dominum & seniore suum occidit, sæculum relinquat, & in monasterio pœniteat.

Qui mortem sibi consciuerit: pro eo nulla in Missa commemoratio fiat, neq; cum psalmis eius cadaver sepeliatur.

Si quis sponte hominem occiderit; ad ianuam ecclesiæ semper erit; & in obitu communionem recipiat. Si casu necarit, pœnitentiam agat annos septem. ex alterius canonis præscripto, annos quinque.

Si quis hominem necare voluerit, neque hoc scelus patrare potuerit; vt homicida pœnitentia afficietur.

Alius canon de homicidio volutario.

Si quis homicidium sponte commiserit, vel odio, vel possidendæ hereditatis causa: primo ieiunet in pane & aqua, deinde pœnitentiam agat annis septem. Primo anno post illos quadraginta dies, à vino, caseo, pisce abstinebit. In secundo, & tertio similiter ieiunet: tertiam autem, & quintam feriam, ac Sabbatum redimere potest. Reliquis quatuor annis ieiunabit in singulis tres quadragenas; primam ante Pascha, alteram ante diem festum Sancti Ioannis Baptistæ, tertiam ante Natiuitatem Domini.

Pœ R. tit. 1.
10.

Bur. lib. 16.
c. 32.

Si quis fecerit homicidium pro vindicta parentum, ira pœnitentiam agat, vt homicida voluntarius. Itidem pro vindicta fratris.

Pœ. Bed. c. 3.

Qui pro vindicta fratris, annum vñ, & in sequentibus duobus annis, tres quadragenas, & legitimas ferias.

Pœ. Bed. c. 3.

Si quis per iram subitam, aut per rixam hominem necarit; pœnitentiam agat annos tres.

Bed. ibid.

Si quis iussu Domini homicidii perpetrarit; dies quadraginta in pane & aqua, & præterea septem annos sequentes per legitimas ferias ieiunabit.

Bur. lib. 19.
c. 5.

Qui in bello publico iussu principis legitimi tyrannum interfecerit; pœnitens erit tres quadragenas per legitimas ferias.

Qui liber iubente maiore suo innocentem occiderit; pœnitentiam agat annum vñ, & sequentes duos, tres quadragenas, & legitimas ferias.

Qui homicidii auctor fuit ob consilium quod dedit; erit in pœnitentia quadraginta dies in pane & aqua, cum septem sequentibus annis.

Qui insidiatus est alicui, vt ab alijs occidatur, licet ipse non occiderit; pœnitentiam agat quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequentes annos obseruabit.

Qui accusarit aliquem, ob eamq; accusatione occisus est: quadraginta dies in pane & aqua cum septem sequentibus annis in pœnitentia versari debet. Sin autem ob accusationem debilitatus est; tres quadragenas pœnitebit per legitimas ferias.

Qui infans homicidium perpetrarit; leuiorem pœnitentiam explebit.

Qui publice pœnitentem occiderit, tanquam de homicidio sponte commisso duplicem pœnitentiam agat.

Qui furem, aut latronem interfecerit; quadraginta dies ab ecclesiæ ingressu abstinebit: & præterea in tertia feria, & in sexta, & Sabbato ieiunabit.

Si quis casu homicidium fecerit; pœnitens erit quadraginta dies in pane, & aqua: his peractis, biennio ab oratione fidelium segregatus non communicabit, neque offeret. Post biennium, in communionem orationis suscipietur: offeret autem, non tamen communicabit. Post quinquennium ad plenam communionem recipietur: à cibis abstinebit arbitrato Sacerdotis.

Qui hominem tanquam feram aliquam latentem inopinato occiderit; quadraginta dies pœnitentiam agat in pane & aqua; & quinque sequentes annos arbitrato Sacerdotis.

Si plures homines vñ per rixam adorti occiderint: quicunq; eorum plagam ei infixit, tanquam homicida pœnitentiam agat.

Qui homicidio, quod postea factum est, consenserit; pœnitentiam agat annos septem: tres in pane & aqua. Sin autem voluerit, nec verò potuerit, tres tantum annos. Si quis nolens homicidium perpetrare,

Mat. lib.

Pœ R. c. 25.
Bur. lib. 19.
c. 9. de acc.

Pœ R. c. 25.
Bur. lib. 6.
20.

Iuo par. 10.
c. 49.
Pœ R. c. 16.

Pœ R. c. 25.
Bur. lib. 16.
c. 6.

Bur. lib. 19.

Pœ R. tit. 1.
c. 15.

Bur. lib. 6.
c. 42. 23. q. 2.

Pœ R. tit. 1.
c. 7.
Ans. lib. 10.
c. 34.

trahit, pœnabit quinque annis, & duobus in pane & aqua.

Pœ R. tit. 1.
c. 7.
Bur. lib. 19.
Anf. lib. 11.
c. 62.

Si quis aliquem vulneraverit, vel ei aliquod membrum præciderit; pœnitentiam agat vno anno per legitimas ferias: siq; cicatrix grauis est, vt vulneratum deformè reddat; quadraginta etiã dies pœnabit in pane & aqua.

Pœ R. tit. 4.
c. 19.

Si quis ictum proximo dederit, nec nocuerit; tridui pœnitentiam agat in pane & aqua: clericus, vnius anni & mensum sex.

Pœ R. tit. 5.
c. 16.
Anf. lib. 11.
c. 36.

Si quis aliquem per iram percussit debilitauerit; soluta medicamento impensa, si laicus est, pœnitens erit quadraginta dies in pane & aqua: si clericus, duas quadragesimas: si diaconus, septem mensibus: si presbyter, vno anno.

Pœ R. tit. 1.
c. 16.
Anf. lib. 11.
c. 33.

Si quis Episcopus homicidium fecerit; in pœnitentia sit quindecim annis, dignitatisq; gradu amoueat, vitãq; suã cursum peregrinando conficiat. Presbyter penitens erit annos duodecim: quatuor ex his in pane & aqua; & Sacerdotij gradu priuetur: Diaconus annos decem; tres ex his in pane & aqua: clericus inferioris ordinis, annos septem; tres in pane & aqua.

Bur. lib. 10.
c. 60.

Si quis fratri suo quem oderit, reconciliari non vult: tamdiu in pane & aqua pœnitentiam agat, quoad reconcilietur.

P R Æ C E P T V M V I.

Non furaberis.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Pœ R. tit. 4.
c. 14.
Bur. lib. 19.

QVI furatus est aliquid de ecclesiæ suppellectili, vel thesauro: quod sustulit, reddet; & tres carinas eũ septem sequentibus annis pœnabit.

Ibidem.

Qui sacras reliquias furatus est, illis restituis septem carinas ieiunabit.

Pœ R. tit. 4.
c. 1.
Bur. lib. 11.
c. 27.

Pecuniam ecclesiasticam furatus, quadruplum reddet; si quid item de ministerio ecclesiæ aliquo modo surripuerit, pœnitens erit annos septem.

Si quis vel ecclesiasticas oblationes rapuerit, vel rapientibus consenserit;

quadruplum restituet, & canonicè pœnitens erit.

Sacrilegus, rerumve ecclesiasticarum inualor; vno anno extra ecclesiam Dei maneat: secundo anno pro foribus ecclesiæ sine communione maneat: tertio anno in ecclesia inter audientes sit sine oblatione; carne, vinoque abstineat, præterquam in Pascha, & die Natali: quarto anno, si fructuosus triennio pœnitentiæ fructus extiterit, cõmunioni fidelium restituatur, ea lege, vt spondeat, se in posterum tale quidquam non commissurum. ac præterea sine esu carnis, & potatione vini, vsq; ad septennium pœnitens permanebit.

12. q. 2. 17.
Ex ep. Nicolai Papæ ad Frontanum Arch. Burdeg.

Qui ecclesiam incenderit, illam restituet, pœnitentiãq; agat annos quindecim, & pretium det pauperibus. Itidem qui incendio consenserit.

Pœ R. tit. 4.
c. 17.
Bur. lib. 19.
17.9.4. c. 14.

Si quis malo studio, vel odio, vel vlciscendæ iniuriæ causã, incendium commiserit, committive iusserit, curauerit, aut incendiario auxilium, vel consilium scienter dederit; excommunicabitur: si mortuus erit, christiana sepultura carebit. Nec verò absoluetur, nisi danimum pro facultatibus refarciuerit; iuretq; se in posterum tale facinus nunquam admissurum. Pœnitentia præterea hæc ei constituetur, vt Hierosolymis, aut in Hispania, in seruitio Dei totum annum permaneat.

Iunon. paucor. c. 16.
Ann. 11. in Sy. R. c. 8.
23. q. 8. c. 32.
Pœ R. tit. 8.
c. 17.

Si quis sepulcrum violauerit; pœnitens erit annos septem: è quibus tres in pane & aqua.

Pœ R. tit. 4.
c. 7.
Iuo pa. 17.
c. 44.
Bur. lib. 19.

Qui sepulcrum infregerit, vt defuncti sepulti vestimenta suraretur; pœnitens erit annos duos per legitimas ferias.

Qui de oblationibus, quæ ecclesijs factæ sunt, aliquid retinuerit: pœnitens erit dies quadraginta in pane & aqua.

Bur. lib. 19.
de obl.
Pœ R. tit. 1.
c. 16.
Bur. lib. 19.
Pœ R. tit. 1.
c. 16.

Qui decimam sibi retinuerit, aut dare neglexerit; quadruplum restituet, & pœnitentiam agat dies viginti in pane & aqua.

Qui hospitalis domus administrator aliquid de administratione subtraxerit, restituet quod abstulit; pœnitensq; erit annos tres.

Pœ R. tit. 1.
c. 31.

Qui pauperem oppreserit, eiusq; bona abstulerit: reddet ei suum, & pœnitens erit dies triginta in pane & aqua.

Bur. lib. 19.
Pœn. cap. 9.

Cle-

Clericus furtum capitale faciens; septennij penitentiam explebit, laicus quinquennij: & quod furatus est reddat.

Pœ R. tit. 4.
c. 4. c. 5. de
fur.

Si quis per necessitatem, cibum, vel vestem furatus sit; in penitentia erit hebdomadas tres: si reddiderit, ieiunare non cogitur.

Bur. lib. 19.

Qui fregerit noctu alicuius domum, aut aliquid auferet: pretium reddet, & penitentiam aget annū in pane & aqua; si non reddit, annos duos.

Idem.

Si quis furtum de re minori semel, aut bis fecerit; restituta re, penitentiam aget annum vnum.

Pœ R. tit. 9.

c. 4. 14. 9. 1.

c. 6.

Pœ R. tit. 9.

c. 4.

Qui rem inuentam non reddit, furtū committit: idcirco tanquam de furto penitentiam aget.

Si quis vsuras accipit, rapinam facit: ideoq; quicumq; illam exegerit, penitentiam aget annis tribus, vno in pane & aqua.

PRÆCEPTVM VII.

Non mœchaberis.

Canones Penitentia.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Pœ R. tit. 3.

c. 1.

Bur. lib. 19.

tit. de for.

Syn Mel. c. 7.

SI laicus solutus cum femina soluta concubuerit, penitens erit annos tres: & quanto sæpius, tanto maiori penitentia afficietur.

Itidem, qui cum ancilla coierit.

Sy. Mog. c. 9.

Pœn. R. 16.

c. 1.

Bur. lib. 9.

c. 69.

Vxor, conscio viro mœchata, ne in obitu quidem communicabitur: si dignam penitentiam egerit, post decem annos sacram communionem sumet.

Si quis vxorem nolentem adulterium perpetrare coegerit: penitentiam aget dies quadraginta in pane & aqua, & septem præterea annos, è quibus vnum in pane item & aqua.

Ex pœ. ver.

Si quis coniugem fornicari consenserit; diebus omnibus vitæ in penitentia erit arbitrio periti sacerdotis.

Sy. Nan. c. 14.

Iuo par. 8. c.

207.

Bur. lib. 9.

c. 70.

Ibidem.

Vir solutus, si cum alterius vxore adulterium commiserit: penitentiam aget annos septem; mulier quinque.

Mulier soluta, cum alterius marito adulterium patrans, penitentia afficie-

tur decennali: ille quinquennali.

Si quis maritus semel lapsus est, penitentiam aget annos quinque.

Si sæpius mœchatus est, in fine mortis est conueniendus: siq; promiserit cessaturum, dabitur ei communio.

Qui sæpè fornicatur, laicus cum laica, penitentiam aget tres annos.

Si quis vxorem simul & concubinam habuerit; in penitentia erit annos septem, & amplius pro ratione culpæ.

Maritus si ancilla concubina vtitur, penitentiam aget annum vnum, quadraginta dies; si consentiens, quadraginta dies; si consentiens, quadraginta dies, & legitimas ferias.

Qui cum vxore sua turpiter concubuerit, penitens erit quadraginta dies.

Si quis adolescens cum virgine peccauerit, penitentiam aget annum vnum.

Qui puellam, aut mulierem libidinosè obrectauerit, si clericus est, quinque dies; si laicus, tres dies penitentiam aget: monachus, vel Sacerdos, à ministerio suo spensus, penitens erit dies viginti.

Si quis in balneis cum muliere se latauerit, penitentiam aget triduo.

Qui concupierit virginem, quam postea vxorem duxerit, penitentiam aget annum vnum per legitimas ferias: si verò non duxerit, annos duos per legitimas ferias.

Si quis mulierem a'ij desponsam in matrimonium duxerit; eam dimittet: & penitens erit quadraginta dies in pane & aqua, cum septè annis sequentibus.

Vidua quæ stuprum admiserit, penitentiam aget annum totum, & præterea in altero anno dies ieiuniorum.

Si quis cum vxoris suæ sorore per imprudentiam fornicationem admiserit; penitentiam sibi indictam aget, si probauerit se tale scelus inscienter fecisse.

Cum duabus sororibus fornicatus, penitentiam aget toto suæ vitæ tempore. item

Qui cum duabus sororibus, vel cum nouerca, vel cū sorore sua, vel cum amita, vel cum nuru, vel quo deniq; incestū admiserit: ab ingressu ecclesiæ abstinere annos septem: quo anno præter festos dies pane solū & aqua vtitur, ar-

ma

Syn. Ellib. 69.

Pœ R. tit. 3.

c. 4.

Bur. lib. 9. c.

67.

Syn. Ellib. 4.

Pœ. Bed. c. 1.

Ex Concil.

Tol. 3.

Pœ. lib. 19.

Pœ. R. c. 14.

Pœ. Bed. c. 1.

Pœ. R. c. 17.

Bur. lib. 19.

Pœ. R. c. 14.

Pœ. Bed. c. 1.

Pœ. R. c. 17.

Bur. lib. 19.

Bur. lib. 19.

c. 138.

Bur. lib. 19.

Pœ. R. c. 14.

Bur. lib. 19.

c. 138.

Bur. lib. 19.

Pœ. R. c. 14.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

Pœ. R. lib. 19.

na non feret osculum nemini præbebit, sacram communionem nisi pro viatico non sumet; sex deinde annis ecclesiam ingrediatur, sed carne, & vino, & sicera non utetur, nisi festis diebus. Postea verò duobus annis quando carne vescetur, à potu vini abstinerebit: quòd si biberit, carne non vescetur, nisi Dominicis diebus, & præcipuis festis; deinde usque ad obitum perpetuò præter festos dies à carne abstinerebit. Tres legitimas ferias singulis hebdomadis ieiunabit, & quadragesimas tres singulis annis legitime custodiet.

Pœ. R. c. 14. Qui incestum fecerit, ei alij annorum duodecim, alij quindecim, alij decem, alij septem pœnitentiam constituunt.

Pœ. R. tit. 8. Quicumque sacerdos spiritualem filiã violauerit, dignitatis honorem amittet, & perpetuam pœnitentiam aget.

Pœ. R. tit. 8. Qui item Sacerdos hoc facinus admisit, omni muneris sui functione multatus, pœnitentiam etiam peregrinando aget annos quindecim: deinde in monasterium abiens toto vitæ tempore ibi Deo seruiet. femina autem res suas in elemosinam pauperibus conferet, in monasterioq; Deo seruiet omnibus vitæ suæ diebus.

C. si quis facit. Si Episcopus hoc admisit, pœnitentiam aget annos quindecim.

Qui monialem violarit, pœnitens sit annis decem.

Presbyter si fornicationem admisit, sponte confessus pœnitentiam aget annos decem hoc modo: tribus mensibus à cæteris remorus pane & aqua ieiunabit, diebus autem festis modico vino, pisciculis, & legumine utetur; sacco indutus humi cubabit, diu noctuq; misericordiam Dei implorans. Deinde vnum annum & sex menses in pœnitentia, ieiunioq; panis & aquæ explebit, præter festos dies, in quibus vino, & sagimine, cafeo, ouisq; canonicè uti poterit. Finito primo anno & dimidio sacre communionis particeps fiet, psalmos in choro vltimus canet, officia minora geret. Postea verò quam septimum pœnitentiæ annum expleuerit, omni quidem tempore præter paschales dies, singulis hebdomadis per legitimas ferias in pane & aqua ieiunabit. Expleto septennio, vs-

que ad finem decimi anni sextam feriã in pane & aqua ieiunabit.

Qui cum brutis coierit; pœnitentia afficietur annorum decem, & diuturniori etiam pro personæ conditione.

Qui contra naturam coierit; si seruus est, scopis castigabitur, & pœnitebit annos duos: si liber est, & matrimonio iunctus, annos decem: si solutus, annos septem: pueri dies centum: laicus matrimonio coniunctus si in consuetudine habet, annos quindecim: si clericus, de gradu amotus, vt laicus pœnitentiam aget: qui cum fratre tale scelus admisit, ab omni carne abstinerebit, pœnitensq; erit annos quindecim: si clericus diuturniori, & grauiori pœnitentia afficietur.

Mulier in se, aut cum altera fornicas, pœnitentia afficietur duorum annorum. Vir se inquinans primò, dies decem; si iterum, dies viginti: si tertio, dies triginta: siq; nefarie agere perget, pœnitentiæ accessio ei fiet: si puer, dies quadraginta: si maior quindecim annis, dies centum.

Puer paruulus oppressus à matre, hebdomadam ieiunabit: si consenserit, dies viginti: si coninquinatus erit, dies centum: si voluntatem suam expleuerit, annum vnum.

Qui complexu feminae, vel osculo polluitur; pœnitentiam aget dies triginta qui contactu iniurecundo, mer ses tres.

Qui concupiscit mente, sed non potuit; dies decem pœnitentiam aget.

Qui turpiloquio, aspectuq; polluitur negligens, nec verò peccare voluit; pœnitentiam aget dies viginti: si verò impugnatione tentationis, & cogitationis inquinatur, pœnitebit item dies viginti.

Quicumque lenocinium exercuerit, pœnitentiam aget annos duos per legitimas ferias. item

Qui hoc facinus admisit, sacramentum communionem non accipiet, nisi in fine.

Si quæ mulier cerussa, alioùe pigmento se oblinat, vt alijs viris pateat; pœnitentia afficietur annorum trium.

Pœ. R. tit. 5. ca. 17. & 19. Bur. lib. 17. c. 3.

Pœ. R. tit. 3. c. 18. Bur. lib. 17. c. 14. luo par. 9. c. 92. Tur. lib. 1. c. 33.

Pœ. R. tit. 5. c. 15. Bur. lib. 17. c. 27.

Pœ. R. tit. 3. c. 23.

Pœ. Bed. c. 2.

Pœ. R. tit. 5. c. 23.

Pœ. R. tit. 3. c. 9. Bur. lib. 19.

Sy. Elib. c. 17

Ex Syn Ro

PRÆCEPTVM VIII.

Non falsum testimonium dices.

Canones pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Bar. lib. 19.
tit. de fals.
test.
Pœ. R. tit. 2.
c. 13.
Pœ. R. tit. 2.
c. 12.

QVI affirmarit verū, quod falsum est; pœnitentiam agat vt adulter; vt homicida, qui sponte id facinus admisit.

Qui falso testimonio consenserit; pœnitens erit annos quinque.

Qui proximo falsum crimen obijcit; pœnitentia afficitur vt falsus testis.

Bar. lib. 19.
c. 117.
Pœ. R. tit. 1.
c. 26.
Bar. lib. 10.
c. 56.

Qui proximo peccatum imputarit, priusquam seorsum eum arguerit; primum illi satisfaciens, pœnitentiam agat tres dies.

Si quis cōtra proximū lingua lasciuus erit, triduana pœnitentia expiabitur.

Syn. Nag. c. 8
Bar. lib. 10.
c. 11.
Idem ibid.
c. 26.

Si quis murmurauerit, iudicio Sacerdotis pœnitentiam agat pro culpæ grauitate.

Si quis conuitium manifestum fratri intulerit, diuturna expiabitur pœnitentia pro modo peccati.

Ibidem 63.

Si quis facile detraxerit, falsumq; in hoc dixerit; pœnitens erit dies septem in pane & aqua.

Bar. lib. 19.
Pœn. tit. 7.
c. 14.

Qui falsitatem, fraudemve in ponderibus, & mensuris admisit; pœnitens erit in pane & aqua dies viginti.

Falsarius, in pane & aqua pœnitentiā agat quandiu uiuit.

PRÆCEPTVM IX.

Non concupisces rem proximi tui.

Canones pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

Pœ. Bed. c. 7

REM alienā nefariē concupiscens, avarusq; pœnitēs erit annis tribus. Qui aliena furari concupiscit, furtum est: qui item aliena rapere cupit, rapina est: qui res ecclesiæ furari appetit, sacrilegium est: ideo cum nefariē con-

cupiscendo grauius peccet, vt peccati mortalis pœnitentiam agat Sacerdotis arbitrato.

Qui rem aliquam proximi pretiosam inuenire cupit, vt illā sibi retineat: mortale peccatum concipit, cuius pœnitentiam agat, vt supra dictum est de furto.

PRÆCEPTVM X.

Non desiderabis vxorem proximi tui.

Canones Pœnitentiæ.

Si quis contra hoc præceptum aliquo modo peccarit.

SI quis concupiscit fornicari; si Episcopus, pœnitens erit annos septem: si presbyter, quinque: si diaconus, vel monachus, tres; ē quibus vnū in pane & aqua: si clericus, aut laicus, annos duos.

Si quis in somnis ex immundo desiderio polluitur; surgat, & cantet septem psalmos pœnitentiales: & dies triginta pœniteat.

Si clericus, aut laicus ex mala cogitatione, concupiscentiaq; semen effuderit; pœnitens erit dies septem.

CANONES PŒNITENTIÆ

De septem peccatis capitalibus.

CAPITALIA peccata, quæ principalia etiam vocantur, vt pote ē quibus omnia vitia principium habent sunt, superbia, vanagloria, auaritia, luxuria, inuidia, ira, gula, & accidia.

Pro capitali mortaliq; crimine pœnitentia septem annorum indicitur, nisi peccati grauitas, & personæ status feueriorem, diuturnioremque pœnitentiā requirat.

Pro capitali crimine pœnitentiā agat laicus annos quatuor, clericus quinque, subdiaconus sex, diaconus septem, presbyter decem, Episcopus duodecim.

Sed demonstratæ iam paulò autē sunt pœnitentiæ, quæ ex canonum disciplina constituuntur ferè pro peccatis mortalibus, quæ ex his septem capitalibus vitijs originem trahunt. Pro gula autem vitio sunt hi præcipui pœnitentiæ canones.

CANO-

CANONES POENITENTIÆ

De gula & ebrietate.

Theo. I Pen. Sacerdos imprudenter ebrius factus, pane & aqua pœnitentiam agat dies septem: si negligenter, dies quindecim: si per contemptum, dies quadraginta.

Bar. lib. 14. cap. 8. Diaconus, & alius clericus ebrius factus, arbitrio sacerdotis pœnitens erit.

Iuo pag. 13. cap. 76. Monachus ebrius, pane & aqua mensibus tribus: si clericus, viginti dies.

Laius ebrius grauius arguatur, & pœnitentiam agere à Sacerdote cogatur.

Qui humanitatis gratia alium inebriare cogit, pœnitentiam aget dies septem: si per contemptum dies triginta.

Qui ad bibendum inuitat plus quam naturæ satis est, pœnitentiam agat.

Bar. lib. 14. cap. 13. Iuo pag. 13. cap. 81. Qui pro ebrietate & crapula vomitum fecerit, si presbyter, aut diaconus, pœnitentiam agat dies quadraginta.

Si monachus, aut clericus, dies triginta.

Si laicus, dies quindecim.

Si laicus item, à vino, & carne absteineat dies tres.

Ex pen. ant. Si quis gulæ causa ante horam legitimam ieiunium fregerit, duos dies pœnitentiam aget in pane & aqua.

Ex eodem. Si quis nimio cibo se ingurgitauerit, vt inde dolorem senserit; vnum diem pœnitentiam in pane & aqua.

CANONES POENITENTIÆ

De varijs peccatis.

C. Relatum de consecr. dist. 2. Si quis Sacerdos Missam canit, neque communicat, per annum pœnitentiã agat, nec verò interea celebret.

cap. Si quis. 17. quæst. 4. Sacerdos excommunicatus, si celebrat, tribus annis pœnitens sit, hebdomadifque singulis feriâ secundâ, quartâ, & sextâ, à vino, & carnibus ieiunet.

C. Accedens, dist. 50. Sacerdos, Sacerdotij sui gradu ordineque in perpetuum amotus, si celebrare audeat, priuatur communione Corporis & sanguinis Iesu Christi vsque ad vltimum diem, & in excommunicatione est, viaticum tantum in fine sumens.

C. Nō oportet, 30. q. 3. c. si per negligentiam, de consecra. dist. 2. Si gutta Sanguinis Christi in terram cadit, Sacerdos in pœnitentia sit quinquaginta diebus; si super Altare, & ad pannum vnum transit, diebus duobus; si

vsque ad pannos duos, diebus quatuor: si vsque ad tres, diebus nouem: si vsque ad quatuor, viginti diebus.

Si incautè dimisit, quamuis nil nefandi acciderit; tribus mensibus à sui muneris administratione amouetur.

Qui per ebrietatem Eucharistiam euomit; si laicus est, quadraginta diebus; si clericus, sexaginta; si Episcopus, nonaginta diebus; si infirmus, pœnitentiam agat diebus septem.

Scienter rebaptizatus, si propter hæresim hoc sceleris admittit, pœnitentiã afficiatur septem annorum, quarta, & sexta feria ieiunans, & tribus item Quadragesimis pane & aqua.

Si verò pro munditiâ hoc facere putarit; eum pœniteat tribus annis, quòd si ignoranter; non peccat: sed ideo non promouendus, licet sit excellens.

Si Episcopus, presbyter, diaconusve spontè est rebaptizatus; quamdiu viuunt, pœnitens sit. Alij verò clerici, & monachi, & moniales, ab hæreticis volentes rebaptizari, pœnitentiã agant duodecim annos.

Sacerdos qui interest clandestinis desponsationibus, per triennium ab officij sui administratione amouetur.

Sacerdos, qui pallijs altaris mortuū inuoluit, pœnitens sit decem annis, & quinque mensibus: diaconus autem annis tribus, & sex mensibus.

Qui legata pia Ecclesiæ non soluit, vno anno pœnitens erit per legitimas ferias.

Qui vir faciem suam transformauerit habitu muliebri, & mulier habitu viri; emendationem pollicitus, annis pœnitens sit tribus.

Infirmitas, aut vincos visitare negligens, pœnitentiam aget dies decem, pane & aqua visitans.

DECLARATIONES ex pœnitentia Romano.

Pœnitentia vnus anni, qui in pane & aqua ieiunandus est, talis esse debet. In vnaquaque hebdomada tres dies, id est, secundam feriam, quartam, & sextam in pane & aqua ieiunet; & tres dies, id est, tertia feria, & quinta, &

R Sab-

Cap. Si quis per ebrietatem, de consecra. dist. 2.

C. Eos quæque, de consecra. dist. 4.

Cap. Si quis, 1. quæst. 1.

Cap. Nemo, de consecra. dist. 2.

Pœni. Rom. Bur. lib. 19.

Cōci. Gen.

Pœni. Rom. Bur. lib. 19. cap. 121.

Cap. 17.

Sabbato, à vino, medone, mellito, ceruiffa, à carne, & fagimine, & à cafeo, & ouis, & ab omni pingue pifce fe abftineat: manducet minutos pifciculos, fi habere potest; fi habere non potest, tantū vnus generis pifcem, & legumina, & olera, & poma fi vult comedat, & ceruiffam bibat. Et in diebus Dominicis, & Natalis Domini, illos quatuor dies, & in Epiphania Domini vnum diem, & in Pascha vsque in octauam diem, & in Ascensione Domini, & in Pentecoste quatuor dies, & in Missa Sancti Ioannis Baptistæ, & Sanctæ Mariæ, & duodecim Apostolorum, & Sancti Michaelis, & Sancti Remigij, & omnium Sanctorum, & Sancti Martini, & in illius sancti festiuitate, qui in illo Episcopo celebris habetur: in his supradictis diebus faciat charitatem cum cæteris Christianis, idest, vtatur eodem cibo & potu quo illi: sed tamen ebrietatem, & ventris distensionem semper in omnibus caueat.

Cap. 24.

Penitentia secundi anni talis esse debet: vt hos dies, idest secundam feriam, & quartam in vnaquaque hebdomada ieiunet vsque ad vesperam, & tunc reficiatur de sicco cibo, idest pane, & leguminibus siccis, sed coctis; aut pomis, aut oleribus crudis; vnum eligat ex his tribus, & vtatur, & ceruiffam bibat, sed sobriè; & tertium diem, idest sextam feriam in pane, & aqua obseruet: & tres Quadragesimas ieiunet, primam ante Natalem Domini, secundam ante Pascha, tertiam ante Missam Sancti Ioannis; & si totam Quadragesimam ante Missam Sancti Ioannis implere non possit, post Missam impleat. Et in his tribus Quadragesimis ieiunet duos dies in hebdomada ad nonam, & de sicco cibo comedat, vt supra notatum est: & sexta feria ieiunet in pane & aqua. Et in diebus Dominicis, & in Natali Domini illos quatuor dies, & in Epiphania Domini vnum diem, & in Pascha vsq; in octauam diem, & in Ascensione Domini, & in Pentecoste quatuor dies, & in Missa Sancti Ioannis Baptistæ, & Sanctæ Mariæ, & duodecim Apostolorum, & Sancti Michaelis, & Sancti Remigij, & omnium Sanctorum, & Sancti Martini, & in illius sancti festiuitate, qui in illo Episcopo celebris

habetur. in his supradictis diebus faciat charitatem cum cæteris Christianis: sed tamen ebrietatem, & ventris distensionem semper in omnibus caueat.

Pro vno die quem in pane & aqua ieiunare debet, quinquaginta psalmos genibus flexis in ecclesia si fieri potest, decantet. In autem, in loco conuenienti eadem faciat, & vnum pauperem pascat: & eodem die, excepto vino, carne, fagimine, sumat quidquid velit. Cap. 15.

Qui in ecclesia genua centies flexerit, idest si centies veniam petierit, si fieri potest ut in ecclesia fiat, hoc iustissimum est: si autem hoc fieri non potest, secretè in loco conuenienti eadem faciat: si sic fecerit, eo die, excepto vino, carne, & fagimine, sumat quod placeat. qui psalmos non nouit, vnum diem, quem in pane & aqua pœnitere debet, diues tribus denarijs, & pauper vno denario redimat: & eo die, excepto vino, carne, & fagimine, sumat quidquid velit. Cap. 16.

Qui verò psalmos non nouit, & ieiunare non potest, pro vno anno, quem in pane & aqua pœnitere debet, det pauperibus in eleemosynam viginti duos solidos, & omnes sextas ferias ieiunet in pane & aqua; & tres Quadragesimas, idest quadraginta dies ante Pascha, & quadraginta dies ante festiuitatem Sancti Ioannis Baptistæ; & si ante festiuitatem aliquid remanserit, post festiuitatem adimpleat; & quadraginta dies ante Natiuitatem Domini. In his tribus quadragesimis quidquid suo ori præparatur in cibo, vel in potu, vel cuiuscunque generis illud sit, æstimet, quanti pretij sit, vel esse possit, & medietatem illius pretij distribuat in eleemosynam pauperibus, & assidue oret, & roget Deum, vt oratio eius, & eius eleemosynæ apud Deum acceptabiles sint. Cap. 17.

Item qui ieiunare non potest, & obseruare quod in pœnitentiâ scriptum est; faciat hoc quod Sanctus Bonifacius Papa constituit. Pro uno die quem in pane & aqua ieiunare debet, roget presbyterum, ut Missam cantet pro eo (nisi sint crimina capitalia, quæ confessa prius lauari cum lacrymis debent) & tunc ipse adsit, & audiat Missam, & deuotè ipse offerat proprijs manibus panem & vinum Cap. 18.

manibus sacerdotis, & intentè respondeat, quantum sapit ad salutationes, & exhortationem sacerdotis: & humiliter Deum deprecetur, vt oblatio quam ipse presbyter pro se, & pro peccatis suis Deo obtulerit, Deus omnipotens misericorditer per Angelum suum suscipere dignetur: & eo die, excepto vino, & carne, & sagimine, comedat quidquid vult: & sic redimat reliquos anni dies.

Cap. 29. Si quis fortè non potuerit ieiunare, & habuerit vnde possit redimere; si diues fuerit, pro septem hebdomadibus det solidos viginti: si non habuerit vnde tantum dare possit, det solidos decem: si autem multum pauper fuerit, det solidos tres. Neminem uerò conturbet, quia iustus dare solidos viginti, aut minus: quia si diues fuerit, facilius est illi dare solidos viginti, quam pauperi tres: sed attendat vnusquisque cui dare debeat, siue pro redemptione captiuorum, siue super sanctum altare, siue Dei seruis, siue pauperibus in elemosynam.

Cap. 30. Qui non potest sic agere poenitentiam vt superius diximus, faciat sic. Si tres annos continuos ieiunare debet, & non potest, sic redimere potest. In primo anno eroget in elemosynam solidos viginti sex, in secundo anno eroget in elemosynam solidos viginti, in tertio anno solidos decem & octo; hi sunt sexaginta quatuor solidi. Potentes autem homines plus dare debent, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Et qui illicita committunt, etiam à licitis se abstinere debent, & corpus debent affligere ieiunijs, vigilijs, & crebris orationibus: caro enim læta trahit ad culpam, afflictæ reducit ad veniam.

Aliz declarationes breues.

Confessarius, cum ex ijs que conscripta sunt, intelligat, pro ratione & temporum & personarum diuersas poenitentias fuisse, earumque redimendarum certam rationem adhibitam esse: arbitrio tamen suo illis omnibus mitigandis moderandisque aget, vt initio traditum est.

De poenitentia per legitimas ferias constituta; confessarius animaduertet, eo nomine intelligi feriam secundam,

quartam, & sextam, canonum legibus poenitentia, ieiunioque prescriptam. Carinae ieiunium, quod aliquando poenitentiali canone cauetur, id appellatur, quod per quadraginta dies in pane & aqua fiebat, ut sepe numero Burchardus interpretatur. Carinam alij dicunt, quidam carenam, alij carēenam, alij quadragenam.

Poenitentia per tres Quadragesimas indicta, ita intelligitur, vt cui imponebatur, is in anno pane & aqua ieiunaret Quadragesimas tres: quarum prima est ante diem Natalem Domini; altera ante Pascha Resurrectionis; tertia, quæ scilicet per dies tresdecim ante diem festum Sancti Ioannis Baptistæ agebatur, quemadmodum ex Concilij Salegustadiensis decreto perspicui potest.

DE VISITATIONE,

Et cura infirmorum,

Rubricæ seu instructiones.

Omnino tempore Parochus gregi suo inuigilare debet: sed cum primum aliquis eius curæ commissus in morbum incidit, tunc maximè omnem Parochialis charitatis diligentiam ipse in eo ponet, vt ægrotantem in via salutis rectè dirigat, & à nequissimi Dæmonis insidijs conatibusque tueatur ac defendat præsidio salutarium adiumentorum.

Quod Concilio Agathensi olim præcautum est, id Synodo Prouinciali renouatum, idem Parochus præstare curet; vt Missa celebrata, si quos in Parochiali vicinia habet, frequenter, atque adeo quotidiè, cum per alias parochialis curæ suæ occupationes potest, visitet: eisdemque præstet, prout opus esse viderit, officia charitatis, & sollicitudinis, Parochiali muneri suo coniuncta.

Quamobrè non expectabit, dū ab ægrotato vocetur; sed ipse vltro ad illū veniet.

Parochiales item suos & vniuersè & sigillatim, sepe numero prout occasio feret, hoc monebit, vt se accersant, cū primū alijs in febri morbue inciderit. Et uerò quoniam alijs Parochialis curæ officijs aliquando fortasse destineri potest: propterea parochiæ suæ sacerdotes si quos habet, aut saltem laicos aliquot

Prouinc. 5.
qua pert ad
Sacrament.
extre. vñct.
pag. 23.
§. Quod Concilio.